

CHRISTOPH. WIL. PAUER
HUNGARI POSONIENSIS
DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA

DE

ESSERA.

QUAM

Annuate Incluta

FACULTATE MEDICA

IN CELEBERRIMA AC REGIA UNIVERSITATE

BUDENSI

Pro laurea Doctorali, Privilegiisque Doctoralibus, per Regiam Universitatem Budensem conferri solitis, legitime impetrandis

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

submitta.

DISPUTABITUR IN UNIVERSITATIS

PALATIO MAJORE.

DIE MENSIS MART. M. D. CC. LXXXII.



ESSERA.

DEFINITIO.

Essera Arabum, quam AVICENNA plantam noctis nuncupat, est SENNERTI (a) iudicio, tametsi W. HEBERDEN (b) ambigat, ipse ille morbus, qui hodie *exanthema urticosum*, *Urticæ*, audit, Germanis *Nesselsucht*, *Nesselkrankheit*, *Nesselfieber*, *Nesselfriessel*, Hispanis *Roncho*, *ronchados* (*urtica*), Patavinis *Affarasi*, &c. Sunt nimirum *tubercula cutis*, iis, quæ ab admotis corpori

(a) Med. pr. L. 5. P. 1. C. 26.

(b) Arzneykund. Abhandl. von London 2. B. No. 11.

urticis vel morſu cimicum (c) excitantur, per omnia ſimilia & æqualia, cum febre. Utrum Græcis morbus fuerit notus, ac ad ſudamina (ιδωα), quæ HIPPOCRATES (d) ætſivis morbis adnumerat, vel febres περιφυγώδης, ut iſtud A. LOEW (e), illud M. GERBEZ (f), voluere, ſit referendus, merito dubitari poteſt. CELSO ſane, ut recte advertit M. F. LOCHNERUS (g), ignotus non fuerit, ſcribenti (b): „ puſtulæ maxime „ vernis temporibus oriuntur: earum „ plura genera ſunt; nam modo circa „ totum corpus partemve *aſpredo* quædam fit, ſimilis his puſtulis, quæ ex „ urtica vel ex ſudore naſcuntur: *ἐξαρ- „ θήματα* Græci vocant, æqve modo „ rubent, modo colorem cutis non excedunt, &c. Verum an *aſpredo* CELSI & PLINII *uredo* ac *urigo* VEGETII APULEJII idem ſit malum, ut LOCHNERUS conjicit, alii viderint. Cujus autem

(c) COHAUSEN in *Commerc. Nor.* T. 13. A. 1743. H. 12. art. 3. p. 96.

(d) *Sect.* 3. aph. 21.

(e) *Act nat. cur.* Vol. 1. app. p. 23.

(f) *Chronol. med. pr.* Ann. 2. §. 37. p. 134.

(g) *Misc. nat. cur.* Cent. 6. Obſ. 96.

(b) *De medicina* L. 5 C. 28. §. 15.

profapizæ sit effera , perinde paucis con-
venit, SYDENHAM (i) hunc morbum
ad erylipelas retulit; LOCHNER (k) ac
I. STORCH (l) ad purpuram , priorque
huic morbo *purpuræ novæ*, alter *purpu-
ræ urticatæ*, nomen dedit; SAUVAGE
S (m) eum *scarlatinam urticatam* dici
voluit, Efferamque ab eo discrevit (n),
licet ratio discriminis essentialis delide-
retur. Hæc de nomine.

SYMPTOMATA.

Symptomata huic morbo solennia
sunt in primis

1. *Febris*, eaque varie se habens.
Etenim interdum *nulla* animadvertitur,
velut LECAMUS (o) notavit sua in
epidemia, ac in rhedario GOHLIUS (p),

(i) Sect. 6. C. 6.

(k) l. c.

(l) Obs. clin. passim.

(m) Nosol. meth. T. 2. P. 1. Cl. 3. Ord. 1.
art. 7 No. 2.

(n) Ibidem art. 8.

(o) ROUX Journ. de medec. T. 17. p. m.
427. sq.

(p) Vid. caus. procat. No. 8.

& in juvene I. STORCHIUS (q) : alias ægros „ invadit... horror febrilis „ *levior* , interdum adeo remissus , ut „ *levioris* & per summa corporis diffu- „ si frigoris sensum exhibeat , succe- „ dente lenissimo calore , qui ægros a „ solitis muniis vix distinet „ ut apud suos LOCHNERUS (r) vidit. Nec raro evenit , ut pustulis in cutem protrusis febris præcedens mox desinat. Febris vero hæc plerumque est *acuta continua* , qualis in puella Vratislavien- si (s) , LOTICII (t) mercatore , ægroque SELIGERI (u) est reperta , quæ etiam universim , ut dictum est , levis sit , tamen etiam *gravis* esse interdum solet , qualem sua in epidemia A. LOEW (x) observavit „ quæ... licet „ aliis temporibus benignissima adhibi- „ to sudorifero intra biduum remittere „ soleat (inquiens) , nunc tamen admo- „ dum maligna more continuarum sua „ decurrit tempora , propinatis autem

(q) l. c. ann. 7. p. 95.

(r) l. c.

(s) Vide *caus. procat.* No. 1.

(t) *Ob. med.* L. 1. C. 7. *Obs.* 4.

(u) Vide *phanom. esset* No 4.

(x) l. c.

„ medicamentis diaphoreticis , expel-
 „ lentibus temperatis &c. . . . apud
 „ omnes felicissime 15^{to} die supera-
 „ ta „ : imo alibi (y) videbimus quibusdam ægris *letalem* fuisse etiam. No-
 tandum etiam venit , febrem hoc in morbo duplici ratione considerandam esse , scilicet ut essentialiter urticatam , & aliam , cui per accidens epigenomenon est hoc exanthema. Sic vidit I. STORCH (z) in infante peripnevmniam passo urticas cum vomitu accessisse ; huic TR^a rhei , illis ac feбри MR^a refrigerans satisfecit. Perinde *intermittentes* febres subinde in paroxysmis hoc exanthema excludere sunt visæ. I. D. GOHLII (a) „ femina non dum quædragenaria ante prandium horrore percellabatur cum insequente æstu , sub quo exanthema urticatorio affine efflorescebat , sed & cum illo cessante disparebat. Redibat eadem febrilis accessio sequente die statò , ut antea , tempore , sed sine exanthemate. Hu-

(y) Vide prognos. No. 3. 4.

(z) l. c. ann. 7. p. 19.

(a) Act. med. Berol. Dec. 2. Vol. 3. Sect. 1. p. 20.

„ jus denegata apparitio sternebat viam
 „ ad typi febrilis mutationem ex inter-
 „ mittente quotidiana in continuam
 „ magis rheumatico spasmodicam, præ-
 „ cordia sicca magis oppressione, quasi
 „ suffocativa, occupantem, ex qua
 „ demum sollicito ad continuatam dia-
 „ gnoen composito regimine eluctandum
 „ erat.„ Sic etiam in Minorca insula
 tertianæ febres in stadio caloris esse-
 ram haud raro ostendunt, teste G. CLEGG-
 HORN (b). Bina ejusmodi tertianæ
 exempla vidit M. GERBEZ (c). Simil-
 limi quoque bini casus videndi obtigere
 PLANCHONO (d). F. SYLVIUS (*)
 perinde vidit in paroxysmis quotidianæ
 e 3^{na} natæ esseram cum vertigine ca-
 duca & dolore lumbari feminæ cuidam
 toto corpore semper effloruisse. Cujus-
 modi casum etiam I. G. ERNESTI (**)
 suppeditat.

2. *Anxietas*, quæ HUXHAMO (e)
 notante pathognomicum fere signum est

(b) Beobacht. über die epid. Krankh. in Mi-
 norca 4. C. p. 221.

(c) l. c. §. 85. p. 172.

(d) Vide curat. pharm. No 2. 4.

(*) Colleg. nosoc. zgr. 23.

(**) Vide curat. pharm. No 3.

(e) Opp. T. 2. C. 7. p. 87.

exanthematum erupturorum, urticarum quoque eruptionem præcedit. Sic LOCHNERUS (*f*) „affociat se (inquit) sæpius hisce (motibus febrilibus prius dictis) difficultas spirandi ac præcordiorum anxietas „quam adolescens Neomagenlis (*g*), matrona GOEBITZII (*b*), ac PLANCHONI (*i*) tutor, sunt experti, imo STORCHII (*k*) mulieri in plures dies institit, usque dum effera erumpens eam minuisset; eruptioni enim esseræ plerumque cedit, ac solo in mercatore LOTICHII (*l*) non desit, haud dubie ob eruptionem minus absolutam. Simul ac vero tubercula iterum retrocedunt, anxietas continuo revertitur. SWIETENII (*m*) ægri „fere semper sentiebant molestam anxietatem circa præcordia, antequam prorumperent hæc exanthemata, illisque subito evanidis, quod sæpe fit, redibat hæc anxietas, cessaus iterum,

(*f*) l. c.

(*g*) Vide caus. procat. No. 7.

(*b*) Vide infra No. 6.

(*i*) Vide cur pharm. No 4.

(*k*) Vide progn. No 4.

(*l*) l. c.

(*m*) Comment. ad §. 733.

„ dum prodirent denuo „. Haud secius CLEGHORNII (n) ægri post tuberculorum evanescentiam anxietatem semper aliquam ad scrobiculum cordis percipere, majorem hi, illi minorem; id quod & puella Vratislaviensis (o), & vir STORCHII (p) est expertus.

3. *Torpor, langvor, debilitas* artuum, hic perinde non insveta sunt. Langvorem in omnibus membris GORDARTI (q) pannifex sustinuit ante eruptionem: torporem artuum querebantur ægri Vratislaviensium (r).

4. *Dolores* capitis, stomachi, intestinorum, laterum, in primis vero artuum rheumatici haud raro eruptioni præludunt, & retrocessionem perinde exanthematis consequuntur. *Cardialgiam* in posteriore casu STORCHIUS (s), in utroque autem HEBERDEN (t), observavit. Prior etiam tor-

(n) l. c. p. 220.

(o) Vide caus. procat. No 1.

(p) l. c. ann. 7. p. 121.

(q) Vide eur. pharm. No 1.

(r) Vide caus. proeg. No 2. & eur. pharm. No 3.

(s) Vide progn. No 4.

(t) l. c.

mina cum vomitu in puero septenni eruptioni præcessisse refert, qveis, datis omni quadrihorio gtt. 20. MRæ e TRæ rhei ʒij & TRæ ☐ ʒʒ confectæ, & extrinsecus præscripto litu ex ʒ. scorp. ʒij & ʒ. carmin. vulg. ʒj. sopitis, postero die effera apparuit, ac puer bis tenuia albida dejecit: datoque quavis 7^{ma} hora ʒ. e lap. 69. & ☐ vitriol. aa. ʒʒ & Cinnab. nat. gr. viij. in 4 doses divisis convaluit (u). Ejusdem profæpiæ fuit (x) dolor *tboracis* rheumaticus in femina tam vehemens, ut loqui nequivet, quem lenivere quidem pulv. antispas. c. pect. ref. w. & potiuncula asthmatica, ut postero die loqui posset, sed non sustulere, donec dosibus aliquot TRæ rhei assumptis & illito ungv. dialth. c. camph. effera ubertim prodiiisset, quam Eff. alex. STAHL. Cort. ☉ & Ω sal. dulc. profligavit. *Cephalalgia* etiam, si morbus faciem est invasurus, præire eruptioni consuevit, velut in SELIGERI (y) viro accidit. Sed omnium frequentissime *rbeumatismus* ar-

(u) l. c. ann. 3. p. 593.

(x) Ibid. ann. 8. p. 625.

(y) Vide phænom. effæræ No 4.

tuum efferam, uti alia quæcunque exanthemata febrilia, præcedere solet, quem Vratislaviensis puella (z), femina BÜCHNERI (a), ac STORCHII quadragenaria (b), aliaque juvenis (c), sunt perpeffæ, nec non (d) juvenis 14 annor. cui ante eruptionem articuli præprimis dolebant, morbusque ultra 14 dies jam molestus erat.

5. *Paralyfis* vero brachii lævi inter rariora efferæ symptomata est referenda, visa ab L. HEISTERO (e) in studioso ad 20 annos nato, cui post prægressam noctu febrem mane totum corpus efferæ tenuit cum diarrhœa & abolita brachium lævum in humeri cubitique articulo movendi potentia, superstite nihilominus libero manus extremæ motu. Efferæ tridui remediis diaphoreticis cessit, paralyfis vero brachium, cujus musculi ad tactum molles flaccidique erant, non nisi a Væ Se in pede, in & exter-

(z) Vide caus. procat. No 1.

(a) Vide prognos. No 7.

(b) Vide caus. procat. No 5.

(c) Ibidem No 4.

(d) l. c. an 1. 5. p. 295.

(e) Med. chir. Wahrh., I Band. No 136.

nis nervinis, diaphoreticis volatilibus, crebroque brachii motu sana altera vel aliena manu instituto, haud ita cito post reliquit.

6. *Syncope* quoque instantem esse-ram visa est præcessisse, idque in GORDARTI (f), PLANCHONI (g), SWIETENIIQUE (h) ægris. GOERITZ (i) meminit femine 32 annorum, quæ mane male se habens & pressionem ad præcordia quæstâ, cum nihilominus in officinam concessisset, ibi syncopen perpessa, domumque relata sui jam compos, ac lecto composita, potu theato, lectique calore recreata indormiit. Evigilantem essera pruriens jam habuit, quam MRæ simpl. rect. mane ac meridie cum potu theato, vesperi autem pulv. e C.C. phil. conch. & pulv. chel. 69 Lond. usus intra octiduum fugavit.

7. *Sitis, anorexia, nausea, vomitus, diarrhœa*, consuetissima febrilium exanthematum symptomata, esse-ram quoque præcedunt, comitanturve. Si-

(f) Vide cur. pharm. No 1.

(g) Ibidem No 4.

(h) Vide prognos. No 5.

(i) Annal. Vratisl. Tent. 37. A. 1726. Jul. Cl. 2. art. 3. §. 3. p. 42.

tim LOTICHI I (*k*) mercator, ano-
 rexiam GODARTI (*l*) vir, ac femina
 BÜCHNERI (*m*), diarrhœam HEIS-
 TERI (*n*) juvenis, nauseas PLAN-
 CHONI (*o*) futor, ac vomitum deni-
 que STORCHII puer (*p*) selqviennis,
 tum alter septennis (*q*), ac femina qua-
 dragenaria, tolerarunt. Symptomata
 hæc neutiqvam semper a faburra prima-
 rum viarum, sed ab ipsa etiam febre in-
 terdum, progignuntur: proinde ad ea
 in curatione est sedulo respiciendum.
 Sed nullum hætenus dictorum sympto-
 matum in effera tantam parit molestiam,
 qvantam

8. *Pruritus*, inseparabilis hujus ex-
 anthematis comes, qvi nusquam, nisi in
 scabie, tantus est, ut ægri sibi a scalptu,
 teste CLEGHORNIO (*r*) temperare ne-
 queant; quo fit, ut si morbus in lon-
 gum trahitur, illos vitæ fere tædium,

(*k*) l. c.

(*l*) Vide cur pharm. No 1.

(*m*) Vide progn. No 7.

(*n*) Vide præced. No 5.

(*o*) Vide cur. pharm. No 4.

(*p*) l. c. ann. 4. p. 109.

(*q*) l. c. ann. 7. p. 105.

(*r*) l. c.

ut ait HEBERDEN (s), capiat: somnum enim arcet, ac ad perpetuum cogit scalptum. Pruritus hic efferam præ foribus esse notat, quæ scalptu adhibito illico erumpit. Alias etiam eundem efferam discedens post se relinquit, ut in SWIETENII (t) ægra accidit.

ESSERÆ PHÆNOMENA.

I. *Tubercula* ipsa sequenti modo se habent:

- a) *Dura plana*que sunt, ac
- b) *Figura* irregularis (u): quorum
- c) *Magnitudo* variat, ita ut unum altero majus sit. In GODARTI (x) ægro minima lenticulam, maxima clavum majorem, in Vratislaviensium feminarum una (y) fabas, in altera (z) nodos æquarunt, LOEWIUS (a) perinde illa jam imperialem, jam florenum, jam

(s) l. c.

(t) Vide prognos. n. 5.

(x) HEBERDEN l. c.

(y) Vide cur. pharm. No 1.

(z) Vide caus. proeg. No 2.

(a) Ibidem.

(a) l. c.

grossum magna observavit : recteque notat CLEGHORN (b), eadem, quo plus scalpuntur, eo plus augeri magnitudine.

d) *Color* vero illorum idem, qui cutis est, plerumque, nisi quod ambitu gaudeant rubro a scalptu, a quo ipsa etiam tubercula interdum rosei sunt coloris, ut LOCHNERUS (c) similia notavit; in Minorca tamen CLEGHORN (d) observavit, a numerosioribus ita deformari corpus, ut pluribus in locis omnes iridis colores præ se ferat.

e) *Numerus* quoque tuberculorum est varius, ita ut jam rara, jam conferta sint.

2. *Mobilitas* porro tuberculorum esset est profus admiranda, in eruptione, evanescencia, reversioneque.

a) *Eruptio* enim sæpe ictu oculi accidit, quamque vel maxime scalptus & lecti calor proritant, & intra breve tempus omnis eruptio absolvitur (e). Sed

(b) l. c.

(c) l. c.

(d) l. c. p. 221.

(e) Annal. Vrat. Tent. 2. A. 1717. Octob. Cl. 2. art. 1. §. 5. p. 176. CAMUS, CLEGHORN, HEBERDEN l. c.

quam celeriter erupere, tam inconstans eorum est perseverantia; namque raro ultra 1. 2. horas, imo interdum paucis tantum minutis, eodem in loco manent (f), sed denuo

b) *Evanescent* celeriter, idque aut sponte, aut admissio frigore, v. g. ubi æger lectum reliquit, vel libero aeri se credidit, &c. Verum enim vero haud ita multo post in alia loca vel eadem ad scilicet vel calorem.

c) *Revertuntur*, denuo disparitura, iterumque reditura (g). SWIETENIUS (b) „subitam horum exanthematum evanescentiam, & æque inexspectatum reditum paucarum horarum spatio sæpius miratus fuit, uti & velocitatem, qua diffusa corporis loca successive quandoque occupant, præfertim in muliere 50 annor. (i). Omni vespere LUPINI (k) agræ revertebantur, quovis mane ac vespere per 3. 4. dies erumpebant viro STORCHII (l),

(f) CLEGHORN, HEBERDEN ll. ec.

(g) Ibidem.

(h) l. c.

(i) Vide prognos. No 5.

(k) Vide cur. phann. No 2.

(l) l. c. ann. 1. p. 45.

uti & STORCHIO (*m*) quovis mane
& hora 4^{ta} a meridie, quavis hora 6^{ta}
GODARTI (*n*) ægro redibant ac 3. 4.
horas profstabant.

3. *Loca* corporis quæcunque indiscriminatim invadit effera, ejusque tubercula „ quandoque quasdam tantum „ partes occupant, inquit SWIETENIUS (*o*), aliquando per universum „ corpus sparguntur„. Nonnunquam uno e membro evanescencia continuo alibi propullulant (*p*). Faciem solam infedere cum Vratislaviensi feminæ (*q*), tum juveni Neomageni (*r*). Mulieri STORCHII (*s*) in fronte ac dorso eruperunt, viro 30. annis majori in brachio lævo cum aliqua horripilatione (*t*), puero Vratislaviensi in pedibus, manibus, pectore, colloque effluere (*u*), GODARTI (*x*) viro pri-

(*m*) Vide infra No. 4

(*n*) Vide cur. pharm. No. 1.

(*o*) l. c.

(*p*) Annal. Vrat. Tent. 2. p. 176.

(*q*) Vide cur. pharm. No 3.

(*r*) Vide caus. procat. No. 7.

(*s*) Vide cur. pharm. No 3.

(*t*) l. c. ann. 8. p. 520.

(*u*) Vide caus. procat. No 5.

(*x*) Vide cur. pharm. No 1.

mum in brachio dextro, dein lævo, tertium toto corpore eruperunt. Totum etiam corpus tenuerunt in viris SELIGERI (y), GERBEZII (z), LOTICHII (a), PLANCHONI (b), STORCHII (c), feminis BÜCHNERI (d), SWIETENII (e), STORCHII (f), eiusdemque infante sesquienni (g).

4. *Tumor partium a confertis earumdem tuberculis vel confluentibus etiam, insignis interdum adest, corpus deformans (b), id quod in primis in facie, brachiis, manibusque obvenit (i).*
 „ *Facies, inquit SYDENHAMUS (k),*
 „ *ex improvise in tumorem attollitur,*
 „ *qui subito exorsus cum dolore rubo-*
 „ *reque summis denso pustularum mini-*

(y) Vide infra No 4.

(z) Vide caus. proeg. No 3. & curat. pharmac. No 4.

(a) l. c.

(b) Vide cur. pharm. No 4.

(c) Vide infra No 4.

(d) Vide progn. No 4.

(e) Ibidem No 5.

(f) Ibidem No. 4

(g) l. c. ann. 4. p. 109.

(h) CLEGHORN l. c. p. 221.

(i) HEBERDEN l. c.

(k) Sect. 6. C. 6.

„ marum ordine distinguitur, quæ au-
 „ cta magis inflammatione in vesiculas
 „ subinde facessunt : hinc per frontem
 „ ipsumque caput latius serpit, oculis
 „ interim tumoris magnitudine plane
 „ obrutis „. Sic C. SELIGERI (l) quin-
 quagenario post prægressam febrem cum
 insigni cephalalgia sub vesperam facies ad
 modum intumuit a bullis ita deformata,
 ut vix homo nosceretur, quæ in reli-
 quo etiam ubique corpore puerilium
 globulorum magnitudine tot aderant,
 ut ne hilum genuinæ & nativæ cutis vi-
 feretur. Febris remisit, nec cetera sym-
 ptomata erant urgentia; a queis omni-
 bus æger diaphoreticorum usu intra octi-
 duum convaluit. Ita & STORCHII (m)
 milici mense Octobri, intra $\frac{1}{4}$ horæ esse-
 ra toto corpore emerit cum insuperabili
 pruritu, anxietate ac faciei tumore,
 quem femina (n) quoque ejusdem est
 experta. Ipse J. STORCH (o) mor-
 bum hunc æstivis diebus ad 4. 5. dies
 est perpeffus, paroxysmis quovis mane

(l) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 8. obs. 56.

(m) l. c. ann. 4. p. 503.

(n) Vide caus. procat. No 4.

(o) l. c. ann. 1. p. 45.

& hora 4^{ta} a meridie redeuntibus. Diei ultimi mane frigidulo peregre eqvo ve-ctum insultus stato tempore in itinere invasit cum faciei manuumque tumore tanto, ut mirarentur, a quibus est vocatus, insignique cum pruritu & ardore. Inde nec esseram nec aliud quid amplius est perpeffus. Feminae Vratislaviensi (p) manus pedesque tumore erant affecti.

C A U S A E.

I. R E M O T A E.

A. P R O E G U M E N Æ.

I. *Sexus* uterque, omnisque *Ætas* a tenera ad provecam usque pari patu esseram pati solet, teste HEBERDEN (q), SWIETENIUS (r), vidit aliquoties „ hanc exanthematum speciem ... etiam „ absque ulla προφάσει ortam, æque hye- „ me ac æstate, & quandoque in pro- „ vectæ jam ætatis viris & feminis „

(p) Vide caus. proeg. No 2.

(q) l. c.

(r) l. c.

quod & varii STORCHII casus passim confirmant, qui in minima quoque ætate mortuum observavit, nempe in infantibus septem (s), sex (t), $4\frac{1}{2}$ (u), duorum (x), $1\frac{1}{2}$ (y), $\frac{1}{4}$ (z), &c. annorum.

2. *Diathesis serosa acris.* Hinc qui catarrhis, excretionibus feri, crebrioribus obnoxii sunt, ut observarunt medici Vratislavienses (a), in binis præfertim mulieribus (b), quarum una in juniori ætate multum humiditatis pone aures, sæpe guttatim, exhalans, postea scabiei cum continuo pruritu obnoxia, demum maritata pruritus inguinum cum excoriatione, ichorisque acris falsi secessu perpessa, ubi ex his convalescisset, aliquo post tempore in vere denovo vehementem cutis pruritus, præ-

(s) l. c. ann. 3 p. 593.

(t) l. c. ann. 4. p. 368.

(u) Ibidem ann. 3 p. 180.

(x) Ibid. ann. 4. p. 418.

(y) Ibid. p. 109.

(z) l. c. p. 304.

(a) Annal. Vratisl. Tent. 2. A. 1717. Oct. cl. 2. art. 1. §. 5. p. 176.

(b) Ibid. Tent. 3. A. 1718. Mart. Cl. 2. art. 1. §. 5. p. 779. sq.

fertim sub lecti calore, pati cœpit; ad scalpum oblonga dura tubera nodiqve emergebat cum vehementi ardore ac torpore artuum; nec nisi post aliquot hebdomades, ubi calor inseqvebatur, mitius habuit. Alteram multum sub alis sudare solitam idem invasit malum cum manuum pedumqve tumore, sub vesperam vel maxime ad scalpum tubercula fabas æqvantia cum horripilatione continuo intercurrente. Insignis vero ad posteriorum memoriam est casus a C. LACHAUSÉE (c) notatus, huc faciens.

3. *Idiosyncrasia* ad certa quædam ingesta, præsertim vero cancos. Ab interno radicis Valerianæ silvestris usu efferam erupisse variis in hominibus testatur HEBERDEN (d). Apud M. GERBEZIUM (e),, pro cura vernali asumpserat aquam laxativam ... Ictus... & proruperant ipsi sub ipsa medicamenti operatione per totum corpus ... cum pruritu pustulæ (urticales); quæ vero subsecuto sudore sponte sua ci-

(c) NOUVEAU Journ. de medec. T. 37. p. 28. 1799.

(d) l. c. § 5.

(e) l. c. ann. 2. §. 86. p. 172.

„ tra ullum post se relictum incommo-
 „ dum evanueret,,. I. STORCHIUS (f)
 meminit puellæ septennis, quæ mense
 Ianuario ab assumpto semine Tanaceti
 incidit in febrem continuam, & esse-
 ram. Ex esu fragorum quoque esseram
 semper mulieri cuidam accidere narrat
 GRUNERUS (g). Sed frequentissime
 cancri vel ex iis præparata assumpta aut
 extrinsecus etiam solummodo applicata
 esseram quibusdam mortalium proliciunt.
 Sic refert GRUNERUS (h) virum 36
 annorum, cœlibem, in iram, potum,
 veneremque pronum, quoties cancris
 vel jusculo ex iis vescitur, aut solis eo-
 rum effluviis est expositus, in febrem
 cum essera incidere, quæ plerumque
 4^{to} die sudore aut urina hypostatica
 solvitur, cute multo cum pruritu in
 squammas secedente, in frigidiusculo au-
 tem aere tubercula esseræ numerosiora
 evadunt. Idem vir sumptis oculis 69
 febricitat cum insigni pruritu. C. TO-

(f) L. c. ann. 8. p. 333.

(g) Progr. de febre urticata ab caneris flav.
 & fragariæ vesicæ usû, ad Diss. I. S. WOL-
 GAU de fame naturali &c. Jenæ 1774.

(h) Ibidem.

DE (i) ipse de se testatur, se ex esu
 jusculi cancrorum interdum numerosis
 esseræ tuberculis prurientibus affici, sed
 sine febre. Novit ISENFLAMM (k)
 feminam cancrorum amantem, sed si
 vel minimum quid ex iis degustat, imo
 si vel cutis ejus ∇^a decoctionis cancro-
 rum aspergitur, illico esseram aliquot
 horarum prurientem experitur, quæ dein
 sponte evanescit. Idem conspicuo cui-
 dam viro accidit e minima ocul. 69. do-
 si assumpta, ut proinde usum illorum
 semper coram suis medicis deprecaretur.
 Idem E. G. BALDINGERUS (l) e re-
 latione HUFELANDII commemorat,
 fuisse virum, cui semper trihorio post
 esum cancrorum febris urticata & scar-
 latina supervenit. Similem etiam ca-
 sum videre est in STEINWEHRIO (m).

(i) Med. chir. Biblioth. 4. B. 1. St. 2. Ab-
 schn. No. 9. p. 241. sq.

(k) Versuch über die Nerven §. 50. p. 148.
 sq.

(l) Von den Krankheiten einer Arnee p. m.
 220.

(m) Medic. Abhandl. 3. Band. p. 411.

B. P R O C A T A R C T I C A E.

I. *Animi pathemata.* In Annalib. Vratisl. (n) puella 17 ann. e percepto domi alienæ canum & cadaveris humani fœtore horrorem, nauseam, torporemque passa in calorem & rheumaticos artuum dolores incidit, quos brevi eçthymata corpo is consecuta sunt. Datis expellentibus efferæ tubercula emergebant cum intignibus doloribus, præ quæis brachia ac pedes præsertim commovere nequibat. Calore pergente tubercula nummum septenarium æqvantia magis extra cutem emergebant, rubea ac in medio dura: alvus segnis erat. Die 15 ægra admodum debilis languebat cum anxietate ac puncturis thoracis. Data emuls. diapnoica cum sem. card. mar. efferæ rursus cum sudore prodiit ac levamine. Die 18^a denuo retrocedens livescēbat, redibantque anxietates, dolores artuum, & debilitas. Præter emulsum prius dabatur Ess. Chacarill. & infusum theatum, unde levamen: sed ob efferam non melius propulsam

(n) Tent. 35. A. 1726. Mart. Cl. 2. art. 1.
§. 3. P. 286.

oborta est circa genua inflatio dolorifica. Sub continuo usu diapnoicorum & Gum nitroso-cinnab. die 20 levius habuit, noctuque somnum nata est. Effera evanuit; sed pes dexter ita erat debilis, ut ei insistere nequiverit. Verum continuatis remediis dictis, imperatoque extra lectum pedis motu ægra brevi post convaluit,

2. *Ingesta* varia præsentē ad eadem in corpore idiosyncrasia, ut antea (o) dictum fuit.

3. *Saburra* primarum viarum ex ingestis vel colluvie humorum collecta, qualis in LUPINI (p) ægra, & puero septenni STORCHII (q) præsto fuisse videtur, uti & in effera epidemica sæpenumero adesse observatur.

4. *Applicata* externa, cutem irritantia, ut frictio, vesicantia, & præpripis urticæ, a queis morbo nomen inditum est, tum cimices, & alia nonnulla insecta, ac stimuli, præcipue scalptu adjuti. A vesicante emplastro cuti applicato sæpius esseram evenisse testatur

(o) Vide caus. proegum. No 3.

(p) Vide cur. pharm. No 2.

(q) l. c. ann. 3. p. 593.

HEBERDEN (r), & STORCHIUS (s) meminit puellæ 21 annor. olim ulcera femorum passæ, quæ mense Martio rheumaticos omnium artuum dolores sopitura vesicante suræ admoto esseram sibi accivit, doloribus mitigatis. Apud eundem (t) femina ab adhibitis ad annosum femoris ulcus remediis calidis esseram cum insigni faciei inflatione contraxit.

5. *Metastases* sani vel morbofi. STORCHII (u) vir tumorem cysticum in nucha a cucurbitula ibidem justo diutius sub scarificatione relicta nactus, istam postea, etsi ei adveverit, diutius prætermittens 4^{ta} Julii in esseram incidit. Apud eundem (x) femina 40 annor. junior hæmorrhagiis, media ætate pleuritidi obnoxia, demum 8^{va} Januar. mane in lecto post insignem horrorem incaluit, mox consecuto sudore olido: postea levius habens, adhuc per triduum sequens quovis mane prævio horro-

(r) l. c. §. 5.

(s) l. c. ann. 8. p. 414.

(t) Ibid, ann. 7. p. 237. sq.

(u) Ibidem p. 195.

(x) Ibidem ann. 5, p. 10. sq.

re, sed semper leniore, usque dum nullus fieret, sudavit; sudor ultimus foetens ac glutinosus erat, post quem & vires & appetentia redibat. Sudabat porro sponte consequentibus etiam diebus, ita ut sesquihora huic excretioni quovis mane esset tribuenda; cujus rei pertæsa ægra, & ne malum e consuetudine in hecticam abiret, metuens, 14 Januar. mane lectum deseruit; sed a meridie langvor, dolores artuum, & pruriens effera, aderant. Itaque sudori illi critico suppresso revocando indulgendum erat: unde lecto se ægra usque ad 15 diei meridiem tenuit, postea esseram per aliquot adhuc dies hinc inde maculæ sugillationis instar comparuere: quæ finitis ægra prorsus convaluit. In Annalib. Vratisl. (y) puero admodum cacochymico, achores multos cum pediculis passo, abscissis capillis achores ficcabantur, sed eorum loco effloruit effera pruriens in manibus, pectore, & collo, hincque in pedes trajecit, & ulcera causavit; isthinc vero denuo in pectus reversa exiguas pustulas purpu-

(y) Tent. 30. A. 1724. Oñob. Cl. 2. art. 1
§. 2. p. 368.

reas pruriginosas ibidem formavit, ad quarum pleniorum eruptionem promovendam alexipharm. essent. Pimp. Imperat. Helenii, &c. cum fructu data. Alius infantis anno majoris meminit STORCH (z), qui a resiccatis faciei auriumque fluxionibus incidit in efferam cum febre, vomitu, alvo clausa: die 10^{ma} infans factus vultuosus, cum visu vitioso ac mydriasi, morti tandem in prædam cessit. Alium (a) quoque sesquiennem habet, qui e pectorali febre vires colligens in efferam toto corpore cum vomitu incidit, huic TR^a rhei, illi MR^a refrigerans medelam tulit.

6. *Epidemia.* Sub finem æstatis 1768 Jenæ efferam epidemice grassantem observavit E. G. BALDINGER (b), Pofonii mensibus Julio & Augusto 1688 A. LOEW (c), Parisiis mense Septembri 1762 LECAMUS (d), Norimbergæ LOCHNERUS (e), Mindæ mense

(z) BÜCHNER misc. phys. med. A. 1729, Sept. Cl. 2. art. 1. p. 538.

(a) Obs. clin. ann. 4. p. 109.

(b) l. c. p. 221.

(c) l. c.

(d) l. c.

(e) l. c.

Julio 1631 LOTICHIUS (*f*), alii a-
 libi Qvos inter J. FRANCUS etiam
 vidit eam A. 1588. Ex his autem &
 pluribus hoc in opusculo citatis ob-
 servationibus clare patet, morbum esse
 nulli certo anni tempore esse adstri-
 ctam, seu epidemica sit, seu sporadica,
 sed quovis anni tempore, hyeme æque
 ac æstate, autumno haud segnius quam
 vere, testibus SWIETENIO (*g*) ac
 HEBERDENIO (*b*), accidere.

7. *Contagium* utrum hic morbus
 spargere queat, haud dum liquido affir-
 mari potest. Negat esse con-
 tagiosam HEBERDEN (*i*), perque hoc
 ipsum illam a scabie distingvit, ac,, tam-
 „ etsi (inquit) vice quadam opinabar
 „ illam viro ab uxore fuisse contagio
 „ traditam, forte tamen opinio isthæc
 „ fuit infundata; siquidem multi mihi
 „ alii casus innotuerint, ubi ægritudo
 „ hæc contagio se propagari non si-
 „ vit,,. Interea haud implicat, mor-
 bum jam contagii capacem esse, jam

(*f*) l. c.

(*g*) l. c.

(*b*) l. c.

(*i*) l. c.

nullatenus : evidens id est in petechiis ac miliaribus ; & in Annalib. Vra-
tisl. (k) aliud contagii efferæ vestigium
reperitur, nempe adolescens 14 annor.
mense Octobri incidit in febrem tum epi-
demicam, ex acuta continua & inter-
mittente conflata, cum inflammatione
tonsillarum in suppurationem desinente,
qva superata licet, æger tamen ad suffo-
cationem pene per vices angebatur cum
febrili pulsu, donec 8^{vo} die efferæ eru-
pisset, pustulæ faciei tantæ erant, qvafi
a punctura apum, unaqve palpebrarum us-
que adeo intumuit, ut a vespis fieri
solet. Post 8. 10ve dies mater ægri
eundem morbum, uti & binæ aliæ pro-
les, incurrere. Sed prioremne angino-
sum, aut posteriorem urticatum, vel
utrumque ? Observator non clare notat.

8. *Vulnera, contusiones, &c.* Apud
STORCHIUM (l) viro in fronte vul-
nerato die postero febris urticosa super-
venit, cui profuit pulv. antisp. c. bez.
min. w. Ita & apud GOHLIUM (m)

(k) Tent. 30. A. 1724. Octobr. Cl. 2. art.
3. §. 1. p. 372. sq.

(l) l. c. ann. 4. p. 544.

(m) l. c. Dec. 1. Vol. 2. Sect. 1. p. 67.

puero lithotomiam passo febris vulneraria, tum effera pruriginosa, at facile superabilis supervenit. Perinde ejusdem (n) rhedario post absolutam pene curam contuli valide pedis infimi circa tarsum talumque, in affecto primum pede accidit pruritus cum tumore, qui dein reliquos etiam artus imo totum corpus sensim corripuit, ut sibi a scalpitu temperare nequiret, ad quem effera confertim multo cum ardore erupit, at sine febre, omnem quietum corporis situm impediens.

II. P R O X I M A.

Quæ sit proxima efferae causa, nemo hætenus vel divinavit quidem. W. HEBERDEN (o) problematis in modum, at satis acute ingenioseque, differit: haud esse verisimile, tubercula efferae a vitiosa humorum crasi ortum habere, sed credibile esse admodum, illa a peregrino quodam stimulo cuti admoto progigni; svadere id efferam ab

(n) Ibidem.

(o) l. c.

urticis, fabæ Couhage exuviis, cimi-
cibus, cantharidibus, &c. cuti admotis
natam. Ipse tamen fatetur, brevis
temporis efferam ab ejusmodi causis re-
peti quidem posse, non item, quæ in
annos affligit; neque satis concipi pos-
se, qui ab interno rad. Valerianæ silve-
stris usu id genus stimuli arcessi possint.
His nos & alios addimus nodos, nimi-
rum qui esus cancerorum in nonnullis
tantum hominibus, imo solus pulv. o-
culorum 69 assumptus ad efferam a sti-
mulo dicto mechanico producendam
conferat? Qvis ille sit mechanicus sti-
mulus periodice agens, ope cujus fe-
bris intermittens paroxysmi singuli
efferam producant? & qui cortice
Peruviano destruat (p)?

P R O G N O S I S.

I. *Diurnitas* efferæ varia est;
plerumque paucos intra dies termina-
tur: GRUNERI (q) viro quatruiduana
esse consuevit, STORCHIUM (r) ad

(p) Vide curat. pharmaceut. No 4.

(q) Vide caus. proeg. No 3.

(r) Vide phæn. efferæ No 4.

4. 5. dies molestavit; GOERITZII (s) feminae intra octiduum desit; LE CAMUS (t) quoque non ultra 6. 8. dies progressam vidit. Ast aliis plus minus diuturna est, seu ob febrem comitem graviolem, seu excretionem imperfectam, seu stimulum pertinaciorcm. Per tinax sane fuit effera a Vratislaviensibus (u) semel observata; in STORCHII (x) quoque juvene ultra 14 dies duravit; LOEWII (y) in epidemia 15 dies tenuit; nec nisi post 20 dies puella Vratislaviensis (z) ex ea convalevit; feminam vero eorundem (a) aliquot hebdomadis afflixit: aliis in plures etiam menses fuisse protractam ait HERBEN (b), imo quibusdam bien nium durasse, brevibus inter reversiones crebras relictis intervallis, memorat.

(s) Vide symptom. No 6.

(t) l. c.

(u) Annal. Vrat. Tent. 2. p. 176.

(x) Vide symptom. No 4.

(y) l. c. Vide symptom. No 1.

(z) Vide caus. procat. No 1.

(a) Vide caus. proeg. No 2.

(b) l. c.

2. *Effectus* esseræ primarius sunt vigilæ, a quæis plures alii dimanant, sc. anorexia, langvor, &c. Cum enim plerumque in lecti calore erumpat, pruritusque sæpe incredibilem causet, qui ad scalptum cogit: facile patet, somnum hisce arceri. Ulcera quoque pedum puero Vratislaviensium (c) oborta fuisse vidimus, nisi forte scalptui potius tribuenda sint.

3. *Periculum* ex se, nisi neglecta, perperamve tractata, aut nisi gravioris morbi sit symptoma, vix unquam habet; molestumque magis quam periculosum morbum cum LE CAMUS (d) tum LOCHNERUS (e) dixit; si quidem sine ullis remediis sæpe sponte sua desierit. Quod si itaque cuiquam exitio sit, credit CLEGHORN (f) id ab ejus ad eu-cephalon metastasi contingere, velut militi nostro (g), pueroque STORCHII (b) evenisse credibile est, nec non pu-

(c) Vide caus. procat. No 5.

(d) l. c.

(e) l. c.

(f) l. c. p. 221.

(g) Vide cur. pharm. No 1.

(b) Vide caus. procat. No 5.

ellæ 16 ann. in Annalib. Vratisl. (i),
 quam febre continua cum effera, deli-
 rio, & continuo vomitu affectam opio
 cum externe ad temporatum interne ad-
 hibito juvenis medicus ad æternam qui-
 etem transmittit. Forte eandem ob cau-
 sam etiam feminæ B Ü C H N E R I (k) esse-
 ra mortem accivit. Nam

4. *Retrocedens*, ni denuo eruperit,
 vel criticam vacuationem causaverit,
 graviora mala, mortemque ipsam, ad-
 ferre potest. Sic in femina G O H L I I
 (l) effera retrocedens neque denuo e-
 rumpens febrem intermittentem vertit
 in continuam. Alia apud S T O R C H I U M
 (m) post plurium dierum anxietatem ar-
 tuumque pondus toto fere corpore esse-
 ram nacta est, quæ, ubi ægra noctu le-
 ctum aliquamdiu reliquit, retrogressa
 ter alvum fluxam, vomituritiones, ca-
 loremque fuscitavit, & licet sub calidis
 stragulis reverti inciperet, ac MR^a rhei
 quavis 3 hora ad gtt. 40 sumpta fuerit,

(i) Tent. 18. A. 1721. Octob. Cl. 2. art. 2. p.
 353.

(k) Vide seq. Num.

(l) Vide symptom. No 1.

(m) l. c. ann. 7. p. 158.

tamen ob iram simul ægræ motam symptomata dicta persistabant: hinc ad cardialgiam hysteriçam datus ̄ antisp. cum magnes. alb. imperatusque litus ex . ° . fl. Cham. c. carm. levamen attulit, effera ubertim prorupit, cujus turbis finitis cardialgiæ reliquias pil. BECHER. c. purg. sustulere. Alibi (n) quoque cardialgiæ in femina ad 60 annos nata, quæ febris urticialis tempore nimium se aeri exponens eam sibi accivit, meminit. Apud eundem (o) puellæ bimulæ post prævios calores effera erupit: data MR^a ex ∇^x ceras. nigr. & fl. acac. aâ ʒj. cum syr. fl. pap. rh. ʒj. cochleatim sumenda; postero die effera in miliaria vulgaria versa est, & die sequente miliaribus uberius protrusis ægra deterius habuit, calore licet non excedente; sed ad TR^a refrigerantis gtt. 17 usum die altero convaluit. Funestioris exitus fuere miliaria in BÜCHNERI (p) lactante femina ex dispositione hæreditaria mater-

(n) l. c. ann. 4. p. 222.

(o) Ibidem p. 413.

(p) l. c. A. 1730, April. Cl. 2. art. 3. p. 1002. sq.

na in rheumatismos proclivi: huic toto corpore erupit effera cum mammarum tumore; neglecto vero regimine dia-
pnoico retrocessit. Successit horror, æ-
stus, anxietates, colli facieiqve inflatio,
purpureusqve malæ dextræ rubor (qui
prius apparens semper imminentem mor-
bum portendebat). Datis diapnoico-be-
zoardicis, liq. an. min. HOFFM. c. Ω
bez. BUSSII tametsi symptomata ali-
quatenus remittere visa, tamen sudores
nimios acidum spirantes miliaria alba
consecuta mortem die 7^{mo} attulere. ER-
NESTI (q) porro narrat pusionem 6
ann. usu pulv. diapnoico-temperantis
ab effera liberatum facie, manibus, &
corpore intumuisse; tumor tamen usui
cathartici è rheo rursus cessit. Apud
eundem (r) puella 13 ann. post efferam
justo maturius, & quin catharticum pri-
us usurparit, in aerem prodiens in motus
spastico convulsivos summa cum anxietate
incidit, ut morti proxima videretur,
tum digiti manuum sensim rigescere, non-
nulliqve insigni cum dolore curvari, cœ-

(q) Annal. Vrat. Tent. 30. A. 1724. Aug.
Cl. 2. art. 3. §. 4. p. 159.

(r) Ibid. Novembr. Cl. 2. art. 3. §. 5. p. 486.

pere, ægra id temporis loquente ac orante; dein succedebat constrictio pectoris ac dyspnœa, lingua obriguit, oculi huc illuc distorquebantur, præsertim sursum moti, videbaturque sensuum adesse eclipsis, cum vehementi capitis brachiorumque agitatione & maxillarum ad stridorem usque commotione. Hæc omnia diuturna haud erant, sed crebro redibant. Cum alvus simul segnis effet, enema injectum eam movit, quo facto convulsivi motus sensim minuebantur, & usurpato pulv. e rad. Valerianæ, fl. sulph. succin. alb. lumbric. terr. nitr. ac cinnab. prorsus desiere, in primis exhibita postero die potiuncula cathartica.

5. *Solvit esseram urina hypostatica, sudorve.* Utroque solvi consuevit essera in VIRO GRUNERI (s), sudore solo in GERBEZII (t) ICTo terminata est; sic esseram SWIETENIUS (u), in muliere quinqvagenaria vidit prima die, universum corpus occupasse, 2da die evanuisse omnino: sed mox seqvebatur anxietas & animi deliquium,

(s) Vide caus. proæg. No. 3.

(t) Ibidem.

(u) L. c.

„ quæ post horam cessabant, prodeun-
 „ tibus iterum exanthematibus; 3^{ia}
 „ die evanuerunt iterum, mox redeun-
 „ tes, atque iterum post paucas horas
 „ elapsas disparuerunt. Verum tunc in-
 „ terstitia digitorum pedis utriusque in-
 „ tolerabili pruritu vexabantur, quo
 „ post horam cessante statim labium su-
 „ perius admodum intumuit. Postea
 „ largo sudore per totum corpus diffu-
 „ xit, tuncque malum omnino subla-
 „ tum videbatur, nisi quod per 3 vel
 „ 4 dies adhuc in hac illave parte cor-
 „ poris levissimum pruritus mox iterum
 „ evanidi vestigium sentiret. Interim
 „ tamen toto hoc tempore vix ullæ fun-
 „ ctionum læsiones apparebant, si an-
 „ xietas & animi deliquium, dum subi-
 „ to evanescerent in initio exanthema-
 „ ta, excipiantur „.

6 *Reliquiæ* esseræ variæ sunt ejus
 in discessu, nempe debilitatem pedis
 dextri puellæ Vratislaviensi (x) reliquit,
 plurima vero eaque gravissima mala vir,
 cujus C. LACHAUSÉE (y) casum de-
 scripuit, ab ejusdem discessu est perpes-

(x) Vide caus. procat. No. 1.

(y) Vide caus. proeg. No 1.

fus; nisi forte quis ea non tam essera reliquias, quam potius diathesis serosæ acris mutatum morbosum habitum fuisse contendat.

7. *Complicatur* exanthematis aliis interdum etiam essera vario eventu. Sic apud BÜCHNERUM (z) juveni mulieri principio febris variolosæ essera variolarum eruptionem præcessit. Perinde LUPINUS (a) eandem in juvene femina cum erysipelate mammæ, ac pustulis purpureis complicatam observavit.

CURATIO.

I. INDICATIONES

Sunt generales, ut in omni critico exanthemate alio.

II. INDICATA.

A. PHARMACEUTICA.

1. *Emetica*, si in ventriculo saburra adest, hæc prius sunt exhibenda,

(z) l. c. A. 1729. Aug. Cl. 2. art. 3. p. 491. sq.

(a) Vide cur. pharm. No. 2.

quam diaphoretica dentur, ne fecus cum istis illa in sanguinem resorpta morbum augeat. Apud GODARTUM (b) pannifex robustus, ætate florente, plethoricus post præviam 5. 6. dierum anorexiam in efferam incidit quavis 6^a hora efflorescentem, 3. 4. horas visibilem, ac dein penitus evanescentem, cujus tubercula plana, cutis colorem, nisi dum scalpta rubuerunt, habentia admodum pruriebant, ac minima lentem maxima clavum magnum æquabant. In 1^o insultu in manu dextra apparentia totum sensim brachium infederunt, in 2^o ambas manus & brachia, in 3^o univrsum corpus invasere. Quamlibet eruptionem præcedebat langvor omnium artuum ac ventriculi debilitas, quæ ante 3^{am} tanta erant, ut æger $\frac{1}{4}$ horæ syncopen pateretur. Binæ V. S. & absorbentia nitrosa nihil effatu dignum præstitere; cathartica vero non nisi insultum horis aliquot semper retardarunt: ideo datum

℞. Rad. Ypecac. ʒʒ

Crem. ☐ ʒʒ

☐ emet. gr. iij. M. F. †

(b) ROUX Journ. de medecine &c T. 10.

D. pro dosi ; unde æger ter mucosa copiosa vomuit, & 5. 6ve dejecit affatim. Inde proximus insultus tardius rediit, sine ulla prævia debilitate sensibili, tubercula esseræ hiuc inde aliquibus tantum in locis, non jam toto corpore, eruperant, & cum longe mitiore pruritu. Demum nulla amplius apparuere, solo ventriculi dolore adhuc superstite, sed post dies aliquot etiam evanido. Idem auctor in alio quoque ægro esseram observavit, nisi quod paroxysmi non ita exactam tenere periodum : huic post Væ Sem perinde emeticum altero die exhibuit, ac 3^o die tubercula jam gruti granorum magnitudinem non excessere, 4^o die autem prorsus emanere, sicque posterior æger intra triduum convaleuit, dum priori 5 dies ad curationem impendere oportuerat. In PLANCHONI (c) tamen ægro emetica haud tantum utilitatis habuere. Possuntne etiam emetica in essera perniciem afferre? Dicam, quid viderim. Miles e fractura cruris ita iam restitutus, ut pleniore victu reficeretur, repente febricitare cœpit, mane eum invisens re-

(c) Vide infra No 4.

peri pulsus magnum, celerem, durum, nauseabat, vomituriebatque anxius. Sanguinem detrahendum censui; repugnatum est: imperata diæta tenuis, injectumque enema. Postero mane miratus pulsus posita duritie naturalem pene evasisse, dum arteriam carpi pererro, impingo in tubercula esseræ; desiquæ jam pulsus mutationem mirari. At cum etiamnum vomituritio superesset, præscribitur Ypecacuanhæ dosis (me nequidquam reclamante), ac tepida aqua cum oleo. Vomuit pauca: essera retrocessit, corpus flavedine tingi cœpit, tendines subsiliebant, delirabat æger, ac si recte memini haud diu post convulsus interiit, nihil proficientibus remediis, quæis esseram revocare admissus fueram. Hinc patet, quam caute sit cum emeticis mercandum exstante exanthemate, dum simul nausæ ac vomituritiones præsto sunt, præsertim cum hæc etiam non semper saburra ventriculi sed ipsa exanthematum materia ejus nervos irritans producere consueverit, frustra emeticis, ut quæis haud obediat, oppugnanda.

2. *Catbartica* vero cum iisdem, quæis emetica, usibus inserviant, tum præsertim etiam reliquias esseræ ac me-

tastases tollunt. Cl. BALDINGERUS (*d*)
 efferam Jenæ sub finem ætatis 1768 e-
 pidemicam solis eccoproticis profligabat;
 meminitque (*e*) viri omni vere efferam
 & scarlatinam pati soliti cum aliqua fe-
 bricula, cui principio potio rhabarba-
 rina cum sale GLAUBERI data, dein-
 de aliquot diebus pulver. e sal. GLAUB.
 cum rheo usurpati pristinam sanitatem
 reddebant. LE CAMUS (*f*) quoque
 ea utiliter fuisse data testatur. RIED-
 LINI (*g*) filius 8 ann. 30^a Septembr.
 cum scalpum pruritus insigni oborto ad-
 hiberet, efferam cum nausea & anore-
 xia nactus, die postero sumpsit

R. Conf. Viol. ʒʒ

Pulv. Ialapp. gr. xv.

Pulv. Diagryd. gr. iij.

Iulep. Viol. p̄r. M. F. Boli ij.

Unde copiosa saburra dejecta, sudori-
 busque simul motis intra biduum con-
 valuit. Apud STORCHIUM (*b*) femi-
 na efferam passa solo pulv. cathartico

(*d*) l. c. p. 221.

(*e*) Ibid. p. 220.

(*f*) l. c.

(*g*) Obſ. med. Cent. 3. No 48.

(*b*) l. c. ann. 8. p. 549.

sumpto convaluit. E. I. LUPINI (i) juveni ac plethoricæ feminæ superato puerperio 25^a Maji lancinans mammæ dextræ dolor cum crebris intercurrentibus horroribus obortus 30 die in erysipelas abiit, cui die 30 ad meridiem repente convulsiones accessere, quas finitas sitis sudorqve largus excepit. Mammæ duræ & 18 horis non suctæ sacculi discutientes cerevisia incocti admoti calide. Ad vesperam calore aucto cum ingente siti sumpsit

℞. Pulv. antispasm. ʒss.

Conch. pp.

ʒ diaph. aa. gr. v. D. in ʒplo.
a qveis

totum corpus leniter madebat. Junii 1^{ma} effera erupit in fronte coloris pallide rosei, mox in pectore quoque & artubus, cujus tubercula mane fere evanida sub vesperam cum ardore ac pruritu redibant: interspersæ pustulæ purpureæ in pectore & artubus reliquis faciem non mutarunt. Calor quidem non erat magnus, at sitis non sedanda, cum anorexia, sudoresqve largi. Die 3^{tia} ob an-

(i) Hist. morb. difficilior. p. 73. lqq.

xietates & vomituritiones obortas bis
sumpsit

℞. Anim. rhab. ℥iij.

TRæ ☐ ℥j M.

A prima doſi bis dejecit, vivumque
vermem vomuit. Poſtero die data TRæ
Rhei ∇ſæ ℥ij c. TRæ ☐ acuatae pro do-
ſi; unde quinqvies dejecit ac 3 vermes
ejecti. Die 6ta tubercula evanuerunt,
nox quieta erat, ſudores cohibiti, ſi-
tis mitior, appetentia redibat. Quare
poſt uſum Theæ infuſi die 10ma purga-
ta excreta copioſa ſaburra brevi conva-
luit. Solis etiam catharticiſ PLANCHON
(k) ſuſtulit quam cum eſſera in
viro. Perinde mala a reſſeſſa eſſera
pullulantia cito catharſi cedere ſolent,
ut quæ inde enatam cardialgiam in fe-
mina STORCHII (l), anxietates in
viro ejusdem (m), tumorem corporis
in puello ERNEſTI (n), aliaque mala
in ejusdem (o) puella, proſtigarint.

3. *Diaphoretica* etſi hic primaria
fere ſunt, tamen non ante catharſin, ſi

(k) ROUX l. c. T. 17

(l) Vide prognof. No. 4.

(m) l. c. ann. 7. p. 121.

(n) Vide prognoſ. No 4.

(o) Ibidem

hac opus est, danda erunt, ne saburram primarum viarum in secundas secum ferant. Quanti autem usus sint, docent observata. Virgini 16 annor. narrante I. G. ERNESTI (p) quotidianam 4 diebus passæ quovis vespere post lenem horrorem moderate æstuanti cum obtusa cephalalgia & lassitudine artuum utraqve in manu exterius erumpebat essera cum ardente pruritu totam plerumque noctem durante: mane vero post lenem sudorem evanescebat maculis solum fuscis relictis. Ægra inde alacris lectum deseruit usque ad novum insultum. Regimen diapnoicum, ususque quovis vespere ʒ diapn. temp. mane vero exiguæ doseos Eff. alex. c. ʒ nitr. d. in infuso Theæ, morbum sustulere, & curam clausit potiuncula ex rheo. Sub finem morbi cutis evasit aspera & squammosa. Apud STORCHIUM (q) mulier sanguinea, tenera, 5^{ta} Decembr esseram in fronte ac dorso prurientem nacta usu ʒis antisp. ʒj. ʒ bez. min. w. ʒj in 4 doses divisi & quavis 5^{ta} hora sumpti,

(p) l. c. Tent. 22. A. 1722. Decemb. Cl. 2.
art. 3. §. 4. p. 644.

(q) l. c. ann. 4. p. 625.

sudore moto convaluit. In Annalib. Vratisl. (r) feminam 30 annis majorem repente effera cum torpore corporis, calore, capitisque obnubilatione corripuit; intumuit facies. Hæc omnia sudor diapnoicis ac temperantibus motus lenivit, superstite nihilominus totius corporis pruritu, & hic illic tuberculis adhuc erumpentibus; sed dato diaphoretico temperante secutus sudor largus omnia simul ac semel dissipavit, quo durante intolerabilis pruritus aderat, sed desit illico illo finito. Perinde proficua fuere diaphoretica Vratislaviensium puero achoroso (s), puellæque (t), ac binis GERBEZII (u) ægris, tametsi eorum usum in effera prorsus rejiciat P. DE SORBAIT (v).

4. *Cortex Peruvianus* in effera a febre intermittente producta omnem paginam absolvit, ut expertus est M. GERBEZ (x), Tergestini... S. I. Col-

(r) Tent. 21. A. 1722. Aug. Cl. 2. art. 1.
§. 3. p. 141.

(s) Vide caus. procat. No 5.

(t) Ibidem No. 1

(u) l. c. ann. 2. §. 37. p. 134.

(v) Prax. med. Tr. 3. C. 17.

(x) Chronol. med. pr. ann. 2. §. 85. p. 172.
leg.

„ leg. P. Rectori (ajens) quid speciale,
 „ & quod hactenus apud nullum, præter-
 „ quam apud PARTHENIUM PETHA-
 „ GNAM Princ. de Tribiasce Neapoli-
 „ tanum, ante annos hac Viennam
 „ transeuntem, in eadem febre 3^{na} in-
 „ termittente observaveram, acciderat:
 „ nimirum quoties apud eundem febris
 „ exacerbabatur, toties una prorumpere
 „ per totum corpus visæ sunt pustulæ (ur-
 „ ticales); quæ vero sudore semper in
 „ paroxysmorum declinatione oboriri
 „ solito rursus adeo discutiebantur, ut
 „ apyrexias tempore nec vestigium ea-
 „ rum in corpore superfuerit. In curatio-
 „ ne quidem bis fuit a febre liberis die-
 „ bus, sicut alii, ♂ WARBICH expur-
 „ gatus; minuerat etiam sanguinem,
 „ & aliquoties sale febrili MYSICHTI
 „ usus erat: liberari tamen non potuit,
 „ nisi postquam aliquoties assumpsisset
 „ antipyreticum nostrum „ e ♂ cort.
 „ Peruv. ꝑj. cum Syr. rub. idæi s. q.
 „ in elect. redactō (y). Similem alium ca-
 „ sum narrat D. PLANCHON (z),

(y) Ibid. ann. 1. §. 92. p. 81.

(z) ROUX l. c. T. 17.

nempe 1760 mense Majo futorem 30 annor. levior febris inuasit. Postero die fit Væ S°. Die 3º eadem hora male habet, levissime inhorruit, ingruunt summæ anxietates cum vomituritione, synopes præuunciæ: oritur insignis totius corporis pruritus, sequitur effera, cujus rudimenta primus insultus ostendit, cum totius cutis inflatione, adest febris, debilitas increfcens. Remisit anxietas effera plus emergente. Aderant saburræ in primis viis indicia. Præmissa Væ Se datur emeticum, vacuatio copiosa sequitur: abit effera ac febris sudore terminata post 8 horarum paroxysmum. Seqventi die 4º datum eccoproticum copiose vacuavit. Die 5º eadem, ut ante, hora febris rediit cum pruritu ac tuberculis efferae variæ magnitudinis, ad scalptum rubescentibus, & cum febre evanescentibus: qua finita datum est sequens:

℞. Cort. Peruv. alcohol. ʒvj

‡ rhei el. ʒjv

Sal. ammon. depur. ʒjss

Syr. ros. sol. q. s. F. bol. NoX.

S. omni bihor. No j. Die 7º nec febris nec effera rediit, & repetito remedio, ac subjuncta catharsi æger convaluit.

CLEGHORN (a) quoque in Effera Minoræ insulæ 3^{na} comitante post vacationes præmissas illico corticem Peruv. optimo cum effectu præbebat.

B. CHIRURGICA.

Externa remedia omnia inutilia hactenus reperta sunt, ut quæ morbum nihil mutarint in melius, ut in Væ Se a GODARDO (b), PLANCHON oque (c) institutis videre est. Nec balnea seu maris seu alia, teste HEBERDEN (d) plus effecere. Interdum tamen sanguinis missio ex accidente proficua esse potest: „ notus mihi, inquit I. F. SOMMER (e), est vir quidam, qui febris 3^{na} anomala, & statim a principio anticipante, correptus, quum perivasum haberet, ventriculum diætæ vitio, & maxime lucubrationibus præter modum intensis, labefactatum esse, mederi illi cupiebat viuo Rhe-

(a) l. c. p. 221.

(b) Vide cur. pharm. No 1.

(c) Ibidem No 4.

(d) l. c.

(e) Diss. de affectib. pruriginosis senum §. 8. p. 10.

„ nana , absinthio , & agrimoniz in-
 „ fuso. Hoc quum per biduum bibif-
 „ set, durante febrili calore intolerabi-
 „ lem totius corporis, quod tum pa-
 „ pulis urticatis obsessum erat, perseu-
 „ tiebat pruritus nulla arte domandum,
 „ donec scarificando sanguinem detrahe-
 „ ret. Cum vero hoc pacto liberatus ad
 „ vinum medicatum rediret, eadem mox
 „ exanthemata cum eodem pruritu sibi
 „ accivit, nullo pacto, nisi repetita
 „ scarificatione, abigenda. ,,

C. DIÆTETICA.

Regimen diæteticum omne ad per-
 spirationem lenemque diaphoresin con-
 servandam, efferæque retrocessionem im-
 pediendam dirigi debet.



SYLLABUS AUCTORUM.

- | | |
|---|--|
| <p>Abhandl. Londn. 1. 8.
 13. 14. 15. 17. 19.
 21. 26. 29. 31. 33.
 51.
 Acta Berol. 5. 30. 31.
 Acta nat. cur. 2.
 Annal. Vratisl. 11. 14.
 16. 20. 24. 27. 30.
 33. 35. 37. 48.
 Apuleius 2.
 Avicenna 1.
 Baldinger 23. 28. 44.
 Büchner 28. 36. 40.
 Camus 3. 14. 28. 33.
 34. 44.
 Celsus 2.
 Cleghorn 6. 8. 12. 14.
 15. 17. 34. 51.
 Cohausen 2.
 Commer. Nor. 2.
 Ernesti 37. 47.
 Francus 29.
 Gerbez 2. 6. 21. 48. 49.
 Godart 41.
 Greritz 11.
 Gohlius 5. 30. 31.
 Gruner 22.
 Heberden (v. Abh. Lond.
 Heister 10.
 Hippocrates 2.
 Hufeland. 23.
 Huxham 6.</p> | <p>Isenflamm 23.
 Lachausée 21.
 Lochner 2. 3. 4. 7. 14.
 28. 34.
 Læw 2. 4. 13. 28. 33.
 Lotichius 4. 7. 12. 17.
 29.
 Lupin 45.
 Misc. nat. cur. 2. 18.
 Planchon 46. 49.
 Plin. us 2.
 Riedlin 44.
 Roux 3. 21. 41. 46.
 49.
 Sauvages 3.
 Seliger 18.
 Sennertus 1.
 Sommer 52.
 Sorbait 48.
 Steinwehr 23.
 Storch 3. 4. 5. 8. 9. 10.
 12. 15. 16. 17. 18.
 20. 22. 25. 26. 28.
 30. 35. 36. 44. 46.
 47.
 Swieten 7. 15. 16. 19.
 29. 38.
 Sydenham 3. 17.
 Sylvius 6.
 Tode 23.
 Vegetius 2.
 Wogau 22.</p> |
|---|--|

T H E S I S.

1.
In doloribus colicis fixis, Venæ Sectio & prophylactico, & curatorio indicatur scopo.

2.
Vermes in corpore humano reperiundi originem ab ovulis illud quacunque via subingressis habent.

3.
Catamenia minus recte ex plethora universalis, optime ex particulari uteri explicari possunt.

4.
Sternutatoria in morbis capitis, ab infarctis vasorum ortis, minime tuto adhibeantur.

5.
Causa prædisponens febrium intermittentium, character est nervis vel cerebro impressus.

6.
Opium in inflammationibus, nonnisi sufficientibus prægressis evacuationibus, adhibere licet.

7.
Lactis usus in phthysi, febre præsentente, locum non habet.

8.
Hydropicis porus denegandus non est.

9.
Exanthemata in febribus acutis, rarius naturæ crisin molientis, sæpissime inconsulte adhibitorum calidorum, diahoreticorum, productum sunt.

10.
Prout evacuationes institutz, ita & stimulantia, nervina propinata, malum hystericum, mox augent, mox minuunt.